Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



saba dona adducent In Vide-
bant enim sibi vniuersa obsiste-
oia reclamare et non solum
nouo sed etiam veteri testamento
sacrilege impietatis sue de-
menciam confutari et tamen
in furiosis mendacijs persiste-
tes ecclesiam dei deceptionibus
suis perturbare non desinunt
℟ Videntes stellam magi gauisi
sunt gaudio magno et intrantes
domum inuenerunt puerum cum ma-
ria matre eius et procidentes ado-
rauerunt eum Et apertis thesauris
suis obtulerunt ei munera aurum
thus et mirram ℣ Reges thar-
sis et insule munera offerent re-
ges arabum et saba dona addu-
cent Et Quarta nocte lectiones
Exultandum nobis est fratres
karissimi quod votis nostris vo-
ta succedunt quod gaudijs gau-
dia cumulantur Ecce enim ad-
huc natalis dominici solemnita-
te corda nostra persultant etiam
festiuitate sancte ephiphie gloriamur
Gratias igitur agere debemus domino
qui nos frequenter visitat et ut
sepe letificet densius repe-
tit ut numerosius benedicat
Tu ℟ Magi veniunt ab oriente
ierusalem querentes et dicentes vbi est

qui natus est cuius stellam vidimus Et
venimus adorare dominum ℣ Vidimus
stellam eius in oriente Et Quam-
uis igitur gentiles vane nume-
rosa solemnitate letentur propter
diuersitatem deorum suorum tamen
plures festiuitates nobis pre-
stat vnius diei visitatio quam
illis multorum demonum superstici-
osa presumptio Nam sicut eos
veritate religionis vincimus
ita votorum numero superamus E-
piphanie fratres karissimi procuramus
gaudia Querat aliquis quid
interpretetur hoc verbum scilicet quia ephiphie
grece latine dicitur apparere Ergo
quia tunc primum apparuit salua-
tor in mundo ipsa dies eodem
vocabulo ephiphia nuncupata est
Tu ℟ Hic est dies preclarus in
quo saluator mundi apparuit quem
prophete predixerunt angeli adoraue-
runt Cuius stellam magi videntes
gauisi sunt et munera ei obtulerunt
℣ Et intrantes domum inuenerunt
puerum cum maria matre eius et pro-
cidentes adorauerunt eum Cuius Quo-
modo autem apparuerit requi-
ramus non quod in mundo ante non
fuit cum mundus per ipsum factus
sit sed quod tunc primum signis at-
que miraculis credencium cordi-